

2°

3°

cum tamē de iure nō deberet exire : vt senatus liberis
sententiā ferret subsecutus ē. Eorū igit̄ querelis a se-
natū iure im̄pbatis: supplices & orātes: vt ab eo ī cli-
telā. i. in familiā humiliores reciperent: clemēter mar-
cellus excepit. sup̄ hec omnia siciliā sortitus. i. cum ei si-
cilia p̄curanda sorte euenisset. Nam cōsules sorciebant
inter se : que cuiq; p̄uincia p̄curanda foret Marcellus
vero cū ei sicilia euenisset sorte: dimisit eam college suo
eoq; sicut erat suspectus: & hoc ē q̄ autor dicit ea pro-
uincia college cessit: & quia iste Marcellus fuit exem-
plaris mirabiliter : ideo autor dicit q̄ totiens laudatio
Marcelli variari nō potest. q̄tiens ipse nouis gradibus
moderatione aduersus socios ē vsus. Quam tiberius.
Ad intelligentiā huius exēpli oportet tria p̄mittere.
Primo q̄ lucius Cornelius Scipio frater scipionis affri-
cani dictus asiaticus: quia asiam deuicerat: cū ratione;
pecunie expēse reddere nō posset: neq; satis dare vale-
ret: ingratus populus eū in carcerē poni mandauit. De
quo dicit infra libro .v.ca⁹ de ingratis pag. Iḡit̄ hanc.
Secūdo tiberius graccus & generaliter gracci: cū isto
lucio & eius fratre africano inimiciā habebant. Ter-
cio dum hic lucius carceri esset adiudicatus. Hic tibe-
rius erat tribun⁹ plebis: ad quē lucius p̄ defensore tā
quā false iudicatus appellauit: qui tiberius moderatōe
sic inimiciā tempauit: vt ipsum liberandū a carcere
iudicaret: que omnia tāgens Valerius dicit. Quam. i.
quantū etiā tiberius graccus admirabilez se exhibuit
supple in moderatione. Ex hoc patet. Tribunus n.
plebis existens cū ex pfesso. i. non de nouo sed delibe-
rate: & ex antiquo cum africano & asiatico scipionib;
inimicicias gereret: & asiaticus iudicate pecunie satis-
dare nō posset: atq; ideo in vincula publica a cōsule ius-
sus esset duci appellassetq; ipse Asiatic⁹ collegium tri-
bunoꝝ: n̄lo volēte int̄cedere a collegiis. i. socius tribu-
nis secessit tiberius: decretūq; composuit nec quisquā
dubitauit: qui eo scribēdo verbis irati hostis aduersis